

- A** approbante Florentino concilio diffinimus, vt hæc fidei veritas ab omnibus Christianis credatur, & suscipiatur, sicq; omnes profiteantur, quia spūs sanctus ex patre & filio æternaliter est, & essentiam suā, suūq; esse subsistēs habet ex patre simul & filio, & ex utroq; æternaliter tanq̄ ab vno principio & vnica spiratione procedit, declarātes q̄ id, quod sancti doctores & patres dicunt, ex patre per filiū procedere spm̄ sanctū, ad hanc intelligentiā tendit, vt p̄ hoc significet, filiū q̄p̄ esse secundū Græcos quidē causam, secundū Latinos vero principiū subsistentiæ spūs sancti, sicut & patrem. Et qm̄ omnia, quæ patris sunt, ipse pater vnigenito filio suo gignendo dedit, p̄ter esse patre, hoc ipm̄ q̄ spūs sanctus procedit ex filio ipse filius a patre æternaliter habet, a quo æternaliter etiā genitus est. Diffinimus insuper explicationē verborū illoꝝ, filioꝝ, veritatis declarandæ gratia, & imminente tunc necessitate, licite ac rationabiliter simbolo fuisse appositū. Itē, in azymo siue fermētato pane triticeo, corp⁹ Chri veraciter cōfici, sacerdotibus in altero ipsū dñi corpus conficere debere, vnumq; scilicet iuxta suæ ecclesiæ siue Occidentalis siue Orientalis consuetudinē. Item, si vere pœnitēs in dei charitate desesserint, anteq̄ dignis pœnitentiæ fructibus de cōmissis satisfecerint, & omissis, eorū animas pœnis purgatoris post mortē purgari, & vt a pœnis huiusmodi releuentur, prodesse eis fidelitū viuorū suffragia, missas, scilicet sacrificia, oratiōes, & eleemosynas, & alia pietatis officia, q̄ a fidelibus pro alijs fidelibus fieri cōsueuerunt, secundū ecclesiæ instituta illorūq; animas, q̄ post baptisma susceptū, nullā omnino peccati maculā incurserunt, illas etiā, quæ post contractā peccati maculā, vel in suis corporibus vel eisq; exuere corporibus (prout superius dictū est) sunt purgatæ, in cœlū mox recipi & intueri clarē ipsū deum trinū & vnū, sicuti est, meritorū tamen diuersitate aliam alio perfectius: illoꝝ autē animas, qui in actuali mortali peccato, vel solo originali decedunt, mox in infernū descendere, pœnis tñ disparibus puniendas. Item, diffinimus sanctā apostolicam sedē & Rom. pontificē, in vniuersum vrbē tenere primatū, & ipsum pontificem Romanū successorē esse beati Petri principis apostolorū, & verū Christi vicariū, totiusq; ecclesiæ caput, & omnium Christianorū patrē ac doctore existere, & ipsi in beato Petro passē dī, regē dī, & gubernādī vniuersalē ecclesiā a dño nostro Iesu Christo plenā potestātē traditā esse, quemadmodū etiā in gestis cœcumenicorū cōciliorū, & in sacris canonibus cōtinetur. Renouantes insup ordinē traditū in canonibus, cæterorū venerabilū patriarū, vt patriarcha Constantinopolitanus secundus sit post sanctissimū Romanū pontificem, tertius vero Alexandrinus, quartus autē Antiochenus, & quintus Hierosolymitanus, saluis videlicet priuilegijs oībus & iuribus eorū. Datū Florentiæ in sessione publica synodali solemniter in ecclesia maiori celebrata, anno incarnationis dñicæ. M. CCCC.
- C** XXXIX, pridie Nonas Iulij, pontificatus nostri anno noŋo.

Materia de azymo & fermētato pane De purgatorio.

De primatu summi pon.

¶ Subscriptions Imperatoris ac Orientalium partium, qui in synodo aderant.

Ego Iohannes Paleologus, fidelis in Christo rex & Imperator Romeorū, subscripsi.
 Ego Antonius humilis metropolita Heraclien̄, & consiliarius Edessenorum, totius Thraciæ & Macedoniæ pontifex, & Philothei sanctissimi patriarchæ, & sedis apostolicæ Alexandrinæ locū tenens, subscripsi. Ego Gregorius Protosingelus confessor spūs sancti, ac sedis apostolicæ Alexandriæ & eius dñi patriarchæ locū tenens, subscripsi.
 Ego Isidorus metropolita Syriæ & totius Rhosi, ac dñi Dorothei patriarchæ Antiocheni, & eius sedis apostolicæ locū tenens, subscripsi. Ego Dositheus humilis metropolita Mopuestiæ, & Ioachimi sanctissimi patriarchæ Hierosolymitani, ac eius apostolicæ sedis locū tenēs, subscripsi. Ego Metrophanes humilis metropolita Cypri, ac locū tenēs Ancyrensis, subscripsi. Ego Dorotheus humilis metropolita Trapezunde, ac locū tenēs Casarien̄, antistitis, subscripsi. Ego Bessarion diuina miseratione Archieps Nicenus, ac locū tenēs Sardēsis p̄sulis, subscripsi. Ego Macharius humilis metropolita Nicomediæ, subscripsi. Ego Ignatius humilis metropolita Toronæ, ac locū tenēs Nicomediē, antistitis, me subscripsi. Ego Dorotheus humilis metropolita Mitylenē, ac locū tenēs Sidenis pontificis, me subscripsi. Ego Damianus humilis metropolita Muldoblachien̄, ac locū tenēs Sebastien̄, p̄sulis, subscripsi.

ats, Nemeēn
 ats forte, Mula
 lachien̄.

ffff ij Ego